salario sese redimendum ut a peccatis cesset quando hoc non nobis sed sibi pres
tet, ceteru quantum uult inde quaerat qualis questus est qui de conuiuio
abraham & isac & iacob homines rapit & male ac perniciose in seculo sagina
tos ad aeternae famis ac sitis supplicia deducit; & ideo quantum potes ab
hac eum prauitate & dedecore ad uiam innocentiae adque ad spem uitae suae
reuoca ut sit contentus ecclesiae sumptibus parcioribus quidem sed saluta
ribus quod si illic ecclesia non sufficit ut laborantibus praestet alimenta
poterit se ad nos transferre & hic quod sibi ad uictum adque ad uestitum
necessarium fuerit accipere nec alios extra ecclesiam mortalia docere sed
ipse salutaria in ecclesia discere OPTO TE FILI CARISSIME SEMPER BENE UALERE

AD EUCRATIUM DE HISTRIONE EXPLICAT

INCIPIT AD ROGATIANUM ET CET. DE OBSERUANDA DISCIPLINA

Cyprianus rogatiano presb & ceteris con fratribus salutem. & iam pridem
uobis fratres karissimi ac fortissimi litteras miseram quibus fidei & uir
tuti uestrae uerbis exultantibus gratularer & nunc non aliud in primis uox
nostra conplectitur quam ut leto animo frequenter ac semper gloriam uri
nominis praedicemus. quid enim uel maius in uotis meis potest esse uel melius quam cu
uideo confessioni uestrae honore inluminatum gregem xpi, nam cum gaudere
in hoc omnes fratres oporteat tunc in gaudio communi maior est episcopi portio
ecclesiae enim gloria est quantum dolemus ex illis quos tempestas inimica prostra
uit tantum laetemur ex uobis quos diabolus superare non potuit: hortamur
tamen per communem fidem per pectoris nostri uerum circa uos & simplicem
caritatem ut qui aduersarium prima hac congressione uicistis gloriam uestram
forti & perseueranti uirtute teneatis; adhuc in seculo sumus adhuc in acie
constituti de uita nostra cotidie dimicamus danda opera est ut post haec initia
ad incrementa quoque ueniatur & consummetur in uobis quod iam rudimen
tis felicibus esse cepistis parum est adipisci aliquid potuisse, plus est quod adeptus
est posse seruare sicut & fides ipsa, & natiuitas salutaris non accepta sed custo
dita uiuificat nec statim consecutio sed consummatio hominem deo seruat

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0191